



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendivm Qvæstionvm Regvlarivm R. admodum P.
Emanvelis Roderici Lusitani, S. T. Lectoris Prou. S. Iacobi
Reg. Obseru. Ordin. Mino. Diffinitoris**

Rodrigues, Manuel

Lvgdvni, 1621

Festum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41743

nisi alibi sepulturam elegerint, pos-
sunt tamē, licet sepulturam non eli-
gant, in Monasteriis ipsorum Fratru-
m sepeliri, etiam Parocho recusante, &
tempore interdicti, ac cessationis a
diuinis, ea solemnitate, quā sepe-
liuntur Fratres. art. 2.

Seruitores, & famuli, qui Mona-
steriis actu seruiunt, & intra eo-
rum septa ac domos actu resident
subque Prælatorum obedientia vi-
uunt, nequeunt ab Episcopis ex-
communicari sine speciali manda-
to Papæ, *Ex concess. Alexandri IV.*
limitate per Concilium Tridentinum.
arr. 3.

FESTVM.

Vide Interdictum.

Propositio Festum corporis Christi à quibuscumque celebrari in
Dominica infra Octauam huius
solemnitatis, & quonam modo ce-
lebrari debeant festa nominis Iesu,
Sanctorum Bonaventuræ, ac Dida-
ci Ordinis Minorum, Sancti Anto-
nij de Padua eiusdem Ordinis,
Sancti Francisci de Paula Funda-
toris Minimorum, Sancti Placidij
et socij

& Sociorum , Sancti Nicolai Tolentini , Sancti Patri Martyris , ac Sancti Iacynthi , quæ in nouo Kalendario addita sunt , debeantne sci-licet ab omnibus fidelibus celebrari , explicat , Pontificumque Bullas alle-gat author . tom . 2 . quæst . 68 . art . 1 . 2 . 3 . 4 . 5 . 6 . 7 . 8 . 9 . 10 .

Sixtus IV. præcepit in Festo Sancti Francisci ob omni opere seruili abstineri : at in multis locis non obseruantur , propter vindemias tem-pus . tom . 2 . q . 69 . art . 1 .

Nicolaus IV. authoritate Aposto-lica constituit , ut Festiuitas stigma-tum Sancti Francisci à Fratribus , & Monialibus Ordinis Minorum celebraretur festo dupli . art . 2 .

Sixtus IV. præhabitibus consilio & assensu , & matura deliberatione cum S. Romanæ Ecclesiæ Cardina-libus , ordinauit , quod nullius Sancti aut Sanctæ , Beati aut Beatæ figura aliqua cum stigmatibus de-pingi possit quoquis modo , quo æsti-mari possit , vel credit illum . Vel il-lā huiusmodi stigmata habuisse , ex-cepta imagine B. Francisci . Idē pro-hibuit , ne quis in concionibus , vel alias

alias scriptura, aut verbo afferere
audeat, aliquem Sanctum vel San-
ctam, Beatum vel Beatam huius-
modi stigmata habuisse, imposuitq;
grauissimas censuras facientibus
contra præmissa, quæ licet ad tem-
pus fuerint suspensiæ, nullatenus ta-
men sunt reuocatæ, sed in suo ro-
bore permanent.*ibid.*

Possunt Fratres Minores sole-
niter & publicè celebrare Festum
quinque Martyrum, *ex concessione*
Sixti I V. & festum septem Marty-
rum, *ex concessione Leonis X.* qui
etiam cõcessit quod Fratres Mino-
res Obseruantia possint celebrare
Festa Sanctorum, in quorum ho-
nore Ecclesiæ locorum suorum sint
dedicatæ, sub ritu duplicis maioris
et si secundum ordinarium essent de-
se simplicia.*art. 3.*

Leo X. concessit Monialibus
Sanctæ Claræ sub regimine fratrum
Obseruantia existentibus, quod
Festa B. Agnetis & undecim mil-
lium virginum sub ritu duplicis
maioris licet valeant celebrare.
art. 4.

Quamvis ex permissione, imo
præ

FESTVM.

191

præcepto Ecclesiæ possint Religio-
nes propria Sanctorum Festa cele-
brare , in Officio nihilominus tam
proprio quām communi seruanda
est forma à Breuiario Romano præ-
cepta. art. 5.

Exempti omnes , etiam Regula-
res tenentur seruare dies Festos
quos in Diœcesi sua Episcopus ser-
uandos præceperit, ex Concil. Trident.
non tamen Festa per populum vo-
tata , licet Episcopus confirmarit,
quia eiusmodi votum est persona-
le. Teneri tamen etiam possunt ad
hæc obseruanda ratione scandali.
tom. 2. q. 70. art. 1.

Quandoquidem non omnia , quæ
possint fieri gratia necessitatis ,
possint fieri gratia , & ratione pie-
tatis, non possunt Regulares in die-
bus festiis in opere suorum Mo-
nastrorum , operibus seruilibus
sæculares occupare , vel ipsimet oc-
cupari , nisi aliqua necessitate præ-
sente , vel imminentे excusentur;
sed ut licet id faciant , petere li-
centiam ab Episcopis tenentur
art. 2.

FEV